Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



97

OMNIPOTENS SEMPITERNE DEUS MAIESTATEM TUAM
supplices exoramus: ut sicut unigenitus
filius tuus hodierna die cum nostre carnis
substantia in templo es presentatus: ita nos
facias purificatos tibi mentibus presentari. Per eundem
Exaudi domine preces nostras. et ut digna sint munera Secreta
que oculis tue maiestatis offerimus: subsidium
nobis tue pietatis impende. Per
Vere dignum. Quia per incarnati uerbi. Contestatio
Quesumus domine deus noster: ut sacro sancta mysteria que preparationis nostre munimine contulisti: intercedente
beata Maria semper uirgine. et presens nobis
remedium esse facias et futurum. Per Aliud.
Perfice in nobis quesumus domine gratiam tuam. qui iusti Symeonis expectationem implesti: ut sicut ille
morte non uidit priusquam xpm dnm uidere me-
reretur: ita et nos uita obtineamus eternam. Per e.
Qui inter cetera Hanc sancti Agathe martyris
potentie tue miracula etiam in sexu fragili
victoriam martyrii contulisti: concede propitius
ut cuius natalicia colimus: per ea ad tue exemplum gratie
suscipe munera domine. que in beate Secreta
Agathe martyris tue sollempnitate deferimus:
cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Contestatio
Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: et